



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Sobrietatis incitame[n]ta sunt quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Sobrietatis incitamenta sunt  
quatuor.

**P**rimum est scriptura. *Theff. 5, Tit. 4.*  
*1. Pet. 5.* Vigilemus & sobrij simus. Tit. 4. Ministerium tuum imple, sobrius esto. Et Petrus. Sobrij estote & uigilate &c. Secundū est exēplum sanctorum, sicut Ioānis Baptista. *Mat. Dan. 1.* 3. Danielis primo. Dicunt pueri bonæ indolis, dentur nobis legumina ad uescendum. Tertium, bonæ quæ ex sobrietate proueniunt; quæ sunt duo. Primum est quia ualet ad sobrietatem animæ, & corporis. *Ecc. 31. Chriſo.* Ecclesiasticus. Sanitas est animæ & corporis sobrietas. Vnde Chriſostomus. Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen, operatur, nihil sic ægri tudinem fugat, sicut moderata refectio. Secundum est, quia ad iucunditatem & corporalem & spiritualem ualet. *Ecc. 31.* Ecclesiasticus. Exultatio animæ, & corporis uinum moderatè potatum. Et Gregorius si à carne quodlibet abscindimus, mox in spiritu quod de lactat inuenimus. Quartum est, mala quæ ex defectu sobrietatis proueniunt. De hac materia uide in capitulo de malis gulæ.